**I**n mundo pressura habebitis. **I**n mundanis hominibus vos persecutabuntur. **B** **I**n me autem pax. Sancti enim viri non habent tribulationes puras: quia habent consolationes dei admittunt: sed mali habent eas puras non habentes consolationem ullam. **K** **S**ed confidite ego vici mundum quoniam ad concupiscentiam carnis per austeritatem quasi ad concupiscentiam oculorum per paupertatem: quoniam ad superbiam vitae per humilitates. **I**n hac victoria christi debent considerare sancti: quia consideratione eius armati facilliter superant tribulationes mundi: propter quod dicit petrus. **I** epistola. **I**ii. **C**hristo in carne passio et vos eadem cogitatione armamini etc. **O**ccasione cuiusdam dicti in hoc ca. querit: utrum plenitudo spiritus sancti debuit dari immediate post ascensionem christi. **E**t arguit primum quod non imo debuit dari ante: quia plenitudo gratie debuit dari in tempore plenitudinis: sed plenitudo temporis incepit a natiuitate christi secundum quod dicit apostolus ad Galatas. **I**ii. **E**t ubi venit plenitudo temporis misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege etc. **T**ertio arguit quod adhuc plenitudo gratie non sit data: quia sicut filius est a patre: sic spiritus sanctus ab utroque: status autem veteris testamenti correspondet patri in quo intendebant patres generationi: similiter status noue legis correspondet filio in quo clerici intendentes sapienter filio approprietat habent populum regere: ergo ut videtur quod futurus sit alius status spiritui sancto correspondens. **I**n tempore autem spiritui sancto correspondente debet plenitudo gratie dari ergo etc. **C**ontra utrumque predictorum arguit per illud quod dicit saluator discipulis suis in littera: **S**i non abiero paradisus non veniet ad vos. **E**t quo patet quod ante ascensionem christi non fuit data plenitudo spiritus sancti: sequitur: **S**i autem abiero mittam eum ad vos. **E**t quo patet quod spiritus sanctus post christi ascensionem cito fuit datus. **R**esponso: circa hanc questionem errauerunt manichei occasione verborum christi: secundum quod dicit **A**ugustinus in libro contra fauistum. **C**hristus enim in hoc capitulo loquens de aduentu spiritus sancti dixit apostolis: **C**um autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. **A**postoli autem omnem veritatem non cognouerunt secundum quod dicit apostolus. **I**. **C**or. **xiii**. **E**t propter cognoscimus et ex parte prophetarum. **I**deo dixerunt quod missio spiritus sancti non fuit impleta in apostolis sed in ipso manicheo qui fuit posterior ipsis: et secundum eos cognouit plenitudinem veritatis: propter quod manichei non recipiunt librum actus apostolorum: quia ibi expressit ponit missio plenitudinis spiritus sancti super apostolos: **V**erba. **A**ct. **ii**. **S**ed dictus istorum manicheorum manifeste patet falsum: quia manicheus que dicunt omnem veritatem cognouisse non solum modo multa falsa sed etiam absurdissima dixit: ut patet intuitu eius erroris: et erroris reprobationem a doctoribus nostris. **I**. **S**ententiarum et. **ii**. et in pluribus alijs locis quod omitto persequi ratione pleritatis vitandae: et quia heresis manichei et eius reprobatio sunt satis note: propter quod dicendum quod plenitudo spiritus sancti secundum quod christus promiserat fuit completa in apostolis qui fuerunt ipsi: christo iniquissimum quo habitat omnis plenitudo diuinitatis: veritatem non fuit data ista plenitudo apostolis ante ascensionem christi. **C**uius ratio est: quia ad hoc datus spiritus sanctus hominibus ut corda eorum trabant sursum per appetitum celestium: appetitus autem hominis non tenet efficaciter ad aliquid nisi illud apprehendat possibile: et ideo possibilitas queniendi ad celestia debuit prius

hominibus declarari quod daretur plenitudo spiritus sancti illa autem potestas fuit declarata in christi ascensione: secundum quod dicit michae. **ii**. **A**scendit ante eos pandens iter. et ideo plenitudo spiritus sancti non debuit dari ante ascensionem christi: propter quod dicitur **J**ohannis supra. **vii**. **c**api.

**beati. In mundo pressura habebitis: sed confidite: ego vici mundum.**

**A**postoli prius debuerunt disponi per aliquem spiritualem amorem ad christum antequam reciperent plenitudinem spiritus sancti talis autem dispositio facta est subtracto amore carnali ad christum qui causabat ex presentia corporali ipsius christi cum apostolis: que quidem presentia subtracta est in eius ascensione: ideo etc. **T**ercia ratio est ad hoc: quia christus non datur spiritum sanctum in quantum homo: sed in quantum deus et ideo prius debuit declarari eius diuinitas per ascensionem ad patris equalitatem: quod daret spiritus sancti plenitudinem. **I**tem non debuit retardari talis plenitudo per magnum tempus: quia sicut iam dictum est decens erat ut illi qui erant primi fundatores ecclesie post christum: post ipsum in maiori plenitudine haberent spiritus sanctum: quibus statim imminerebat tempus predicandi veritates euangelicas per orbem vniuersum: tamen de plenitudine potestatis diuine potest dari plenitudo spiritus sancti in differenter ut quolibet tempore. **A**d primum dicendum quod plenitudo gratie incepit a christi conceptione: quia eius anima ex tunc plenitudine gratie fuit repleta: veritatem illa plenitudo non erat certum ad alios deriuanda: sed post ascensionem et glorificationem christi: ut patet per predicta. **N**on enim oportet quod a principio plenitudinis temporis detur omnis plenitudo gratie: sed secundum ordinatum processum dispositionis diuine. **A**d secundum dicendum quod lex noua successit veteri sicut perfectum imperfecto: sed non est alius status expectandus perfectio: statu noue legis: cum noua lex vltimam perfectionem possibilem in via contineat: et ideo non est expectanda alia lex vel alius status magis correspondens spiritui sancto quam status noue legis: potissime quia lex noua est amoris: amor autem appropriat spiritui sancto sicut et filio: propter quod dicit apostolus **R**om. **viii**. **E**t sicut vite in christo iesu. **E**t eodem modo lex vetus non correspondet patri solum sed etiam filio in quantum fuit ibidem pronuntiatus et figuratus: propter quod dicit saluator **J**ohannis. **v**. **S**i crederitis moysi crederetis forsitan et mihi: de me enim ille scripsit. **I**llud autem quod adducebant manichei per se: **C**um venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. solutum est: exponendo littera: quia cognouerunt omnem veritatem eorum statu decentem. **O**mnis autem dicit apostolus. **I**. **C**or. **xiii**. **E**t propter cognoscimus. loquitur de cognitione vici respectu cognitionis patrie: et ideo non valet: quia apostoli cognouerunt ea que deceit eos scire pro statu vite: ut dictum est.

**I**n capi. **xv**. **v**bi dicit in postilla: **O**mnia bona et mala corporalia minora videntur et minus ponderant presentia quam futura.

**A**lla sunt magis terribilia ex duobus: primo ex magnitudine mali quod timeat: secundo ex debilitate timoris cum minus possit resistere. **A**d utrumque autem istorum operatur quod repetitum malum causat maiorem timorem quam malum primum. **A**d primum enim: quia mala et bona corporalia presentia minora videntur quam futura. **A**d secundum vero quod repetitum malum magis subtrahit remedia quibus homo se posset propare ad repellendum futurum malum quod facere non posset cum repete ex improviso malum occurrit: primum istorum videtur declarare **C**ullus ut in postilla. **A**d secundum vero magis videntur declinare verba **B**regio. videlicet eandem conclusionem teneat non in eisdem modis ut bene aspicienti patere poterit.

**I**n eo. **ca**. **v**bi dicit in postilla: **C**um venerit ille arguet mundum. **A**dditio.

# Euangelium

**M**aiore declaratione horum dicitur. scilicet cum venerit ille arguet mundum de peccato et de iusticia et iudicio. Et notandum quod mundus qui christum non cognovit: ut dicitur in 1. corinthios 2. intelligit de mundanis qui in tribus impugnaverunt christum: primo in eo quod doctrina que est veritas quam non crediderunt: secundo in eo quod vita que est iusticia quam multipliciter exprimitur: et tertio in eo quod potentia quam per iudicium diffinitur quantum in ipso fuit supplantata: et tunc est mortis condemnatio. Tunc de istis tribus spissantur in apostolos venientes mundum arguit. De primo quod per eos veritas doctrine christi per orbem fuit publice divulgata et miraculis confirmata. De secundo quod eius ascensionem seu reditum ad patrem testificata est iusticia eius per apostolos prout postulator dicit: et hoc est quod dicit de iusticia: Quia ad patrem vado. Et ne forte quis crederet quod christus in celum ascendens iterum ad vitam mortalem rediret: ideo subiungit: Et iam non videbitis me. De tertio scilicet de iudicio mundus arguitur quod sicut crediderunt christum iudicandum: tota eius potestate euacuata: sic per oppositum princeps mundi: id est dyabolus fuit iudicatus: et eius potestas totaliter ablata respectu electorum quod apostoli per spiritum sanctum in eis manentem frequenter ostenderunt enuncians demonia et detegendo illusiones seu errores eorum ut sepissime in eorum gestis habet.

In eodem vbi dicit in postilla: Sed dicitur istorum manibus eorum patet falsum.

**Lapsum. xvij.**  
**H**ec locutus est iesus: et subleuatis oculis in celum dixit: Pater venit hora clarifica filium tuum: ut filius tuus clarificet te. Sic redisti

filii dei erat iste. Secundo per passiones fuit clarificatus in quantum per ipsas meruit corporis gloriam et exaltationem. Tertio quod per hoc venit istorum mundi notitia per gentium credulitate. Et notandum quod fructus mortuum attulit bene multiplicem fructum. Hanc igitur triplicem clarificationem petiit huiusmodi: verum quod gloria filii rediit dat i gloria patris ideo subditur: Et filius tuus clarificet te. et non solum rediit in patrem: sed in omnibus adheret tibi christo per fidem quod bonum capitis ad membra derivat: ideo subditur: Sicut redisti

et per omnes carnis: id est omne quod redisti eis: et eis vitam eternam. Hec est autem vita eterna ut cognoscant te solum verum: et quem misisti iesum christum. Ego te clarificavi super terram

**Aditio.**  
**N**on solum manicheus incidit in istum errorem: ut dicit Augustinus. sed fortis et periculosus machometus qui similiter fundavit errorem suum in his verbis christi et aliis in quibus permittit se missurum alium patitur: ut Job. xiiij. ca. Ego rogato patrem deum: et alium patitur mittet vobis. vnde et ipse vocat se missum a teo: ut patet in suo alchorano in quo falsiora et magis absurda continentur: ut patet eundem librum legenti per postillatores: etiam tangit infra sequenti capitulo.

**Capitulum. xvij.**  
**H**ec locutus est iesus. Postquam christus hortavit discipulos suos per doctrinam benedictionis: hic post eos solatus orationis suffragium. Circa quod notandum quod oratio est petitio decentium a deo: sicut in damasceno li. iij. Et ideo orare non conuenit christo sicut diuinitate: sed magis orari: quod sic est equalis deo patri: sicut humanitate autem in qua minor est: patet conuenit ei orare: et per alios et per se. Diuiditur et presens capitulum in tres partes: quod primo christus orat pro seipso: secundo pro apostolorum collegio: ibi. Manifestaui. tertio pro toto fidelium populo: ibi. Pro eis tamen. Prima in tres: quod primo permittit suam orationem: secundo remouet quandam dubitationem: ibi. Hec est vita eterna. tertio subiungit exauditionis rationem: ibi. Ego te clarificavi. Circa primum sciendum quod christus non tamen orauit ad aliquid impetrandum: sed etiam ad dandum orandi nobis exemplum: et ideo oratio sua hic describitur optimis circumstantiis disposita: primo respectu precedentium cum dicit: a. Hec locutus est iesus. quod per discipulorum instructionem conuertit se ad orationem: ad ostendendum quod complementum boni operis est a deo querendum: secundo respectu presentium cum dicit: b. Et subleuatis oculis in celum. Inne alias partes corporis dispositio interior: metis in arie reducitur in oculos. In oratione autem mens detinetur in deum eleuari: quod sicut in damasceno: Deo est ascensus mens in deum. et ideo ad hoc denotandum saluator orando preterlitteraliter oculos leuauit ad celum: tertio respectu sequentium: imminente enim tribulatione debet recurrere ad deum: et ideo christus in principio sue passionis imminetis dicit: c. Pater venit hora. scilicet passiois mee. d. Clarifica filium tuum. In passione enim clarificatus est a patre: primo per signa diuinitatis: quod omnia que sunt solis obscuratio: terremotus: vel replis scissio: et b. motus: quod visus cetero: qui erat gentilis dixit: Vere

et per omnes carnis. id est omne quod redisti eis: et eis vitam eternam. Hec est autem vita eterna ut cognoscant te solum verum: et quem misisti iesum christum. Ego te clarificavi super terram

*[Marginal notes in a smaller script, likely a commentary or gloss on the main text.]*

# Johannis

Et non solum est erudibilis propter predicta: sed etiam quia ad summationem mysterii sue incarnationis morte postquam sustinebat: ideo subdit: **I** Opus summum quod dedisti mihi ut faciam. dicit summum quia iam eius passio incipiebat quia pacta dixit summum est: ut habet. **J. xix.**

**m** Et tunc clarifica me pater apud te metipsum claritate etc. **i. i.** illius glorie quam habeo eternaliter tecum secundum divinitatem: fac participem naturam mortalem quam assumpsisti propter bonum salutem. **n** Manifestavi hic consequenter orat pro collegio apostolorum: et dividit in duas quia primo ostendit quod debet pro eis deprecari: secundo format orationem deo te ubi. **Pater sancte.** Circa primum ponit quatuor rationes ad ostendendum quod debet pro apostolis predicari. **Prima** accipit et pro christi: quia erat corpus magister et ipse discipuli. **Bonus**

autem magister debet zelare pro discipulis suis et eos dirigere: hoc est quod dicit: **n** Manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo: quia apostoli fuerunt specialiter summi christi pro. **p** Qui erant secundum eternam predestinationem. **q** Et mihi eos dedisti. vocando temporaliter ad fidem et apostolicam dignitatem. **o** De mundo. quia ante vocationem suam apostoli erant mundialiter viventes sicut et ceteri homines. **Secunda** ratio accipit et pro apostolorum qui fuerunt servii obediens: et hoc est quod dicit: **r** Et sermonem tuum servaverunt. corde. **f.** et opere. **s** Nunc cognoverunt quia omnia etc. abs te sunt. **i. a.** te procedentia. **t** Quia verba que dedisti mihi dedi eis: quia a plenitudine scientie christi facta est redundantia in apostolis. **v** Et ipsi acceperunt. doctrinam christi recipiendo. **x** Et cognoverunt vere quia te erui. hoc enim cognoverunt pro doctrina christi et per miracula: verumtamen quia talis cognitio est fidei: ideo subditur: **Et crediderunt quia tu me misisti.** **Tercia** ratio accipit et pro custodie christi cui apostoli erant specialiter commissi: et hoc est quod dicit: **y** Ego pro eis rogo non pro mundo. **Hoc** dicit quia efficacia sue orationis terminando se extendit ad electos: quibus enim sit efficax pro omnibus: tamen mali ponit sibi impedimentum ne sint participes ipsius: ideo subdit: **z** Sed pro eis quos dedisti mihi rogo: quo ad efficaciam. **1a** Quia tui sunt. secundum eternam predestinationem. **b** Et mea omnia tua sunt. quia propter inseparabilem unionem humanitatis et divinitatis in christo sit ideomatum communicatio attribuendo ea que sunt hominis christi deo et converso: sicut enim demonstrato christo hec propositio est vera: iste homo creavit stellas: ita hec propositio est vera: deus mortuus est: quia propter unitatem suppositi omnia que sunt dei communicant homini: et converso modo predicto. **c** Et clarificatus sum in eis. hoc dicit quia apostoli gloria eius iam partim cognoscebant: et de spiritu plus cognoscituri erant. **Quarta** ratio accipit et pro necessitate imminente apostolis: quia christus cito recessurus est ab eis

cuius corporali presentia erant delectati et confortati: et ideo protunc indigebant specialiter deo patri per orationem christi recommendari: et hoc est quod dicitur:

**d** Et iam non sum in mundo. id est sum in spiritu recessu ab eis. **c** Et in mundo sunt remanentes in tribulationibus mundanis. **f** Et ego a te venio. quasi diceret propter hoc pro eis oro.

**g** Pater sancte. Positis rationibus quibus debet pro eis orare: bic consequenter format suam orationem: et dividit in duas: quia primo orat eis consequentem a malo: secundo perfectionem in bono: ubi. **Sanctifica eos.** **Dicit** primo sic: **g** Pater sancte serva eos in nomine tuo. id est in fide et confessione nominis tui: **b** Quos dedisti mihi. per specialem amicitiam eos mihi coniungendo: **tus** sum in eis. **Et** iam non sum in mundo: et hi in mundo sunt: et ego ad te venio. **Pater** sancte serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi: ut sint unum sicut et nos. **Quia** essem cum eis: ego servabam eos in nomine tuo. **Quos** dedisti mihi: ego custodivi: et nemo ex eis perijt: nisi filius perditionis: ut scriptura impleatur. **Nunc** autem ad te venio: et loquor in mundo: ut habeat gaudium meum impletum in semetipsis. **Ego** dedi eis sermonem tuum: et mundus eos odio habuit: quia non sunt de mundo. **Non** rogo ut tollas eos de mundo: sed ut serves eos a malo. **De** mundo non sunt:

**i** Et sint unum sicut et nos. id est ut sint unum per charitatem sicut nos sumus unum per naturam: ita quod si sicut non importat equalitatem sed quadam imitationem longinquam. et allegat consequenter apostolorum necessitatem respectu huius conservacionis divine dicens: **k** Cum essem cum eis. presentia corporali. **l** Ego servabam eos etc. custodivi. id est firmiter et secure. **m** Nemo ex eis perijt nisi filius perditionis. hoc dicit quia sua perditio non fuit ex defectu custodie christi: sed ex malicia sua: sicut dicitur aliquis filius mortis eo quod facit aliquid dignum morte. **n** Et scriptura impleatur. licet ut hic tenetur. **consecutivum**: quia per proditionem iude secuta est impletio scripture que de hoc loquitur psal. xl. et cvij. ut supra allegatur est. xij. capitulo. **o** Nunc autem ad te venio. pro morem meam. **p** Et hoc loquor in mundo. hoc dicit propter hoc quod ex dictis eius aliqui possent credere quod non haberet potestatem custodiendi eos in absentia sicut in presentia: ideo hoc remouet dicens: **p** Et hoc loquor in mundo. scilicet existens in presentia corporali: ac si diceret sic loquor non propter defectum virtutis: sed ad ostendendum veritatem humane nature compatientis eis: ideo subditur. **q** Ut habeant gaudium meum etc. **Gaudium** enim christi est de unione humanitatis ad divinitatem: per quam illa humanitas habet gratie et glorie plenitudinem: ut supra dictum est capitulo. j. **Ad** hoc autem erat intentio christi orantis. ut apostoli venirent ad gloriam vere fructuosis in qua aperte viderent unionem in ipso deitatis et humanitatis. **Alia** autem ratio: quare apostoli indigebant a deo specialiter conservari est: quia erant iudeis odiosi propter doctrinam christi: et hoc allegat saluator dicens: **r** Ego dedi eis sermonem tuum. custodiendi et predicandi. **s** Et mundus eos odio habuit quia non sunt de mundo. quantum ad affectionem: sed sunt de mundo quantum ad corporalem presentiam. **t** Non rogo ut tollas eos de mundo. quia non expedit fidelium salutem donec fides sit publicata pro totum mundum. **v** Sed ut serves eos a malo etc. **vando** eis presentiam in tribulationibus iminentibus de primo

# Euangelium

Sanctifica eos. **D**ic sequēter orat apl's pfectionē i to-  
no dices: **a** Sanctifica eos. i. pfirmā: sanctū em vno  
modo significat idē qd firmū: **b** In veritate. i. fidei ca-  
tholice. **c** Sermo tu' veritas est. i. doctrina mea quā  
dedi eis que etiā tua est: sicut. s. dicitū est ca. viij. Ista autē  
cōfirmatio aploz  
facta est a deo pte:  
qñ in die penteco-  
stes misit eis spū  
sanctū. Et necessi-  
tas b' cōfirmatio-  
nis subdit cū dicitur:  
**d** Sicut tu me misisti in mū-  
dū. ad veritatē sa-  
lutis eterne docen-  
dus. **e** Et ego misi eos in mūdū.  
ad hanc doctrināz  
vbis p'dicandum  
Et notandū q' dicit  
misi. i. mittā lo-  
quēdo p' futuro p  
modū p'ferri pzo-  
pter certitudines  
euentus futuri: qz  
apli nō sunt missi  
ad p'dicanduz per  
mūdū nisi post ac-  
ceptionē spūsan-  
cti: licz añ fuissent  
missi ad p'dicandū in ciuitatibus iudee iudeis tm̄.

**f** Et pro eis ego sanctifico meipm. i. sacrificiū in carne  
offero tibi acceptū. **g** Et sint z ipi sanctificati in veri-  
tate. Sicut em vetus testamentū p sanguinis effusione  
cōfirmatū est: sic cōfirmatio noui testamēti facta est per  
effusionē sanguinis christi: vt ostendit apl's ad heb. ix.  
**b** Non pro eis autē. **D**ic pnter saluator orat pro toto fi-  
deli populo: z diuidit in duas: qz primo orat pro eis cōse-  
cutionem gratie: z secūdo glorie: ubi. Pater quos dedisti  
mibi. Dicit ergo primo sic: **b** Nō pro eis autē rogo tm̄  
zē. vt omnes vnū sint. in vnitāte charitatis: qua vnione  
cōsistit pfectio christiane religionis: quia p hoc membra  
ecclesie cōiunguntur ad inuicē z capiti homini christo: z vl-  
terius ipi deo: quia qui adheret deo vnus spūs est: vt dicitur  
i. ad Cor. vi. z sic p cōsequens primū principū qd est  
deus cōiungit homi qui est quodāmodo omis creatura.  
**k** Sicut zē. vnū sint. Non est ibi vnitās equalitat': sed  
cuiusdam imitatio: qz christi hominis z dei est vnitās p-  
sonalis: alioz autē hominū a deo est tm̄ vnitās charitatis.  
**l** Et credat mūdus qz tu me misisti. hoc addit qz ex ma-  
gna charitate z vnitāte que fuit i primitiua ecclesia mul-  
ti cōuersi sunt ad veritatē fidei: vt habet Act. ij. et. iij. Et  
qz p p'dicta posset aliquis credere q' filius nō esset cau-  
sa pfectionis aploz sicut et pater: ideo hoc remouet.  
**m** Et ego claritatem quā dedisti mihi: dedi eis. qz pote-  
stas miraculoz p quā declarata est diuinitas christi va-  
ta est apostolis a christo: vt patet Luce. x. et Math. x. tm̄  
aliter dedi eis hanc potestātē quā ipē habuit: qz christus  
virtute p'ria miracula fecit: Apostoli autē nō p'ria virtu-  
te sed virtute christi miracula faciebant: ppter qd in mi-  
raculis faciendis nomē christi inuocabant. **n** Et sint  
vnū sicut et nos vnū sumus. i. vt sint in vera vnitāte eccle-  
sie: et absq' scismate. **o** Ego in eis zē. in vnū. qz p vni-  
tatē humanitatis christi ad deū facta est vnio toti' crea-  
ture: vt dictum est. **o** Et cognoscat mūdus qz tu me  
misisti z dilexisti eos sicut z me dilexisti. p opa em miracu-  
loz ab eis facta adductus est mūdus ad fidei cbaritates  
z cognouit diuinitatē christi z familiaritates siue amicitiam  
dei ad apostolos: quibus aderat diuina virtus in  
operibus miraculosis. **p** Pater quos. **D**ic orat fideli  
populo pfectionē glorie dicens: Pater quos dedisti mihi  
per veram fidem. **q** Volo. id est oro z relinquo.

**r** Et vbi ego sum z illi sint mecum. id est in eterna bea-  
titudine in qua iam erat christus actualiter q̄tum ad  
animā que est principalior pars hominis. **s** Et vi-  
deant claritatem zē. id est diuinitatē meam: vel aliter  
claritātē corporis mei glorificandē: quia vtrinq' dari-  
tatem habet fi-  
li' a patre: vnā  
eternaliter: aliā  
ex tempore.

**t** Quia dilexi-  
sti me ante con-  
stitutiōz mūdi.  
hoc patet q̄tuz  
ad christi deita-  
tem: similr q̄tū  
ad humanitatē  
in q̄tum de' pa-  
ter eternalit' p-  
destinauit ipaz  
ad hanc gloriā  
z ad exaltatōz  
Et pnter ostēdit  
saluator q' sua  
oratio sit exau-  
dibilis dicens:  
**v** Pater iuste  
mūdus te non  
cognouit. **L**ies  
em phylosophi  
deum cognoue-  
rūt q̄tū ad effē-  
tie vnitātē: nō tamē q̄tum ad psonalem distinctionē  
z ideo non cognouerūt. p'rie loquēdo deum patrem.  
Similiter iudei licet de hoc habuerūt aliquā cognitio-  
nē per scripturas. p'betari loquētes de distinctione  
psonarum in diuinis: illa tamē fuit in eis obscurata ex  
inuidia z odio ad christū: vt supra dicitū est: et ideo nō  
cognouerūt deū patrem nisi large loquēdo de paterni-  
tate: in q̄tum pater est omnū creatiōe. **x** Ego autē  
te cognoui. qz in q̄tum deus cognoscat patres noticia  
p'prehensionis: z in q̄tum homo plenus cognoscat q̄  
aliquis angelus quātūcūq' beatus. **y** Et bico-  
gnouerunt quia tu me misisti. quia apostoli per doctri-  
nam et miracula christi habuerūt noticiam q' ipē esset  
missus pro salute mundi. **z** Et notū feci eis nomē  
tuum. id est nomen paternitatis. p'rie dicit in diuinis:  
et p cōsequens totius trinitatis: qz cognita vna psona  
et alie cognoscunt. **I**stud em nomen sanctissime trini-  
tatis qd erat alijs ignotum: vt p'dictū est per doctri-  
nam christi iuit apostolis reuelatū. **a** Et notū fa-  
ciam. qz post resurrectionē christi qñ aperuit aposto-  
lis sensum: vt scripturas intelligerēt: et post missionē  
spiritus sancti apli plenus cognouerūt mysteriū trini-  
tatis. **b** Et dilectio qua dilexisti me sit in ipsis. i.  
spiritus sancti qui est amor patris et filii. **c** Et ego  
in ipsis. quia p gratiā spūsancti facti sunt templū z ba-  
bitaculū christi.

**In capi. xvij. vbi dicit in postilla. Similiter etiam  
iudei resurrectionē futurā expectant zē.**

**Additio.**  
**D**icet em iudei moderni multas erroneas opi-  
niones habeāt circa futuram vitam: similiter  
circa statum resurrectionis: antiq' tamen co-  
rū z auctēritati non credunt felicitatē vite future con-  
sistere in bonoz tem' p'ualū plenitudine: vt supra de-  
claratū est in additiōe sup Luc. xij. ca.

**Capitulū. xvij.**  
**H**ec cū dixisset iesus. **D**ic incipit euāgelista scri-  
bere xpi passionē z mō: zē: ipa autē fuit p iudeos  
inchoata z p gentiles psummata: s'm q' xps p-  
dixerat Math. xx. Filius hominis tradet' pncipib' sa-  
cerd' tū z scribis z p'demabit eum morte: et tradet'  
eū gentib' ad illudendū z flagellandū et crucifigendū



# Johannis

Et ideo euāgelista primo ostendit quid rps a iudeis sit passus: secundo quod a gentibus sequenti ca. ibi. Tūc & apprehendit. Prima in tres: quod primo describit euāgelista qualiter rps a ministris iudeorum fuit captus: secundo qualiter a ministris fuit pontificibus traditus. ibi. Ceteros quoque.

**H**ec cum dixit. xviii. Met iesus: egressus est cum discipulis suis trans torrentem cedron: ubi erat hortus in quem introiit ipse et discipuli eius: sciebat autem et iudas qui tradebat eum locum: quod frequenter ihesus uenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cuius accepisset cohortem: et a pontificibus et pharisaeis ministros venit illuc cum laternis et facibus et armis. Iesus itaque sciens omnia quae uentura erant super eum: processit et dixit eis: Quae queritis? Responderunt ei: Iesum nazarenum. Sic eis iesus: Ego sum. Stabat autem et iudas qui tradebat eum cum ipsis

berlin et monte oliueti currēs per uallē iofaphat quae est intermedia. Et dicebat ille turrens cedron eo quod in ripa illius fluminis sive illius torrentis nascebāt multi cedri: huiusmodi flumini appellabatur torrens per eo quod ad modum torrentis aquae habebat aquas quae non. b. Ubi erat hortus? et sic erat locus clausus conueniens ad capiendos illos qui essent intra ipsum. c. In quem introiit ipse et discipuli eius. ostendens se captiui. d. Sciebat autem et iudas qui tradebat eum locum. Ex quo patet aptitudo loci ad capiendos christum ex tribus: prima quod erat a ciuitate remotus et ipsi querebant eum capere sine strepitu turbarum: ut habet Math. xxi. secunda quod erat clausus: et tertia quod peditori cognitus. e. Judas ergo. Hic describit peditoris appetitum: quod iudas de tribus seminauit: primo de magna societate forti et autentica: ideo dicit: f. Tu accipisset cohortem. s. militum a pside assignatam: ut sic multitudine populi superueniret non auderet impedire eius peditonem: propter iusticie publice timorem. g. Et a pontificibus et pharisaeis ministros. ut sic haberet fulcimentum ab utraque curia. s. pontificis et imperatoris. Secundo inuenit se iudas de lumine contra noctis tenebras: quod notat cum dicitur: Venit illuc cum laternis et facibus. Tercio inuenit se de armis: si uellent eius peditoni resistere: ideo subdit: Et armis. i. Iesus itaque. Hic ostendit pmpitudo christi ad patiendum: et hoc dupliciter: primo quod christus se non occultauit: secundo quod defensionem prohibuit: ibi. Symon ergo. In prima igitur uerba sic Iesus itaque sciens omnia quae uentura erant super eum processit et dixit: i. Quae queritis. Ex quo manifeste patet quod sua uoluntate captus est: quia uiam sciret omnia futura: ut. s. declaratum fuit. j. ca. non se occultauit: sed magis querentibus eum obuia iuit. k. Responderunt ei iesum etc. Virtute enim diuinitatis factum est quod uenientes ad capiendum eum primo non cognoscerent eum etiam suus discipulus qui uenerat ad tradendum eum: unde subdit: l. Stabat autem et iudas qui tradebat eum cum ipsis. ut per hoc secundo ostendat quod de uoluntate sua caperetur: quod etiam eis erat incognitum poterat ab eis recedere: et non solum

patuit hoc per predicta sed etiam manifestius per hoc quod subdit: m. Et ergo dixit eis ego sum: abierunt retrorsum et ceciderunt in terram. Si enim uerbo omnes prastrauit: defacili poterat ab eis euadere. Omnia enim ista facta sunt ex diuina ordinatio: ut declararet uirtus diuinitatis eius per predicta: sicut fragilitas humanitatis per capti onem eius sequentem et passionem. n. Iterum ergo interrogauit eos: Quae queritis? Illi autem dixerunt: Iesum nazarenum. Quod ego sum. Si ergo me queritis finite hos abire. Et implet sermo quem dixit: quod quis credidit mihi non perdidit ex eis quem. Symon ergo petrus habens gladium eduxit eum: et percussit pontificis seruum: et abscidit auriculam eius dextram. Erat autem nomen serui malchus. Dicit ergo iesus petro: Mitte gladium tuum in uaginam. Calicem quem dedit mihi

si diceret sic de uobis potestatem me capiendi: ut tamen meis discipulis non faciatis aliquid mali. r. Et impletur sermo quem dixit. capi. precedenti: s. Quia quos de dicit mihi non perdidit ex eis quem. Istud enim uerbum dixerat iesus non tamen de salute spirituali suo per discipulos: sed etiam de salute corporali eorum: quod patet ex hoc quod inde excepit iudam qui perditus est: et spiritualiter et corporaliter: quia de desperatione se suspendit: et ideo euāgelista applicans uerbum predictum ad perditionem corporalem non discedit ab intentione littere. t. Symon ergo. Hic ostendit pmpitudo christi ad patiendum ex hoc quod defensionem prohibuit: et hoc est quod dicitur: Symon ergo petrus habens gladium eduxit eum. Dicunt hic aliqui quod discipuli emerant gladios de precepto domini: sicut quod habetur Luc. xxi. ubi dicitur sic: Et qui non habet uendat tunicam suam et emat gladium: sed non est uerisimile: quia ibidem dicitur quod apostoli statim responderunt ecce duo gladii hic: et christus dixit: Sufficit. Et quo patet quod ante illos gladios habebant. Dicendum igitur quod apostoli fuerunt piscatores: in piscatione autem oportet aliquando rhetia cum parillis affigere: et cum perticis nauiculas dirigere: et ideo in talibus et consimilibus usus magorum cultellosum est necessarius et probabile est quod aliqui de apostolis illos cultellos sibi retinuerant ad sciendum cibaria: ut de etiam cum illis carnes agni paschalis considerat. Petrus autem unus ex illis retinuerat apud se: quia erat magis pmpitus ad defensionem sui magistrum quam alii. v. Et percussit pontificis seruum. qui magis de pe se ingererat ad christum capiendum. r. Et abscidit auriculam eius dextram. Credidit enim eum magis ledere: sed diuina ordinatione ictus declinauit. y. Erat autem nomen serui malchus hoc addit euāgelista ad ostendendum certitudinem rei geste: exprimens propria nomina. z. Dicit ergo iesus petro mitte gladium tuum in uaginam. q. d. noli uti ad defensionem meam: et subdit causa. z. Calicem quem dedit mihi patet non uis ut bibam illum. q. d. passionem quam ordinauit pater celestis ad salutem humani generis debet o patiēter tollerare et ideo non est locus defensionis et resistētie: sed magis patiētie.

# Euangeliū

**a** **C**oloris quoq. **H**ic ostēdit qualiter xps a ministris cō  
prensus pōntificib⁹ pntat. **E**t diuidit in duas: qz pmo de  
scribit ipi⁹ pntatio anne: secūdo cayphas. **E**t misit eū  
annas: pma i duas: qz pmo pōntif xpi pntatio. secūdo ei⁹  
examinatio: ibi. **P**ōntifex ergo. **P**rima ad huc in duas: qz  
pmo describit pōnti  
ca pntatio. secū  
do incidit pōnti  
tur pma petri ne  
gatio: ibi. **S**eque  
bat aut. **D**icit igit  
pōntifex: **a** **C**o  
bors quoq. s. mili  
tū. **b** **E**tribu  
nus. qui eis pērat  
z illi erāt gentiles:  
**c** **E**t ministri iu  
deoz. isti erāt iu  
dei: **d** **C**ōpre  
benderūt iesus. ex  
quo pōntifex ostēdit  
eoz: qz non fuerūt  
auerfi a suo malo  
visis pōntifex signis  
sed magis attribue  
bat artib⁹ magie.  
**e** **E**t ligauerunt  
eū. quasi morte di  
gni. **I**lli em̄ q̄ re  
putabant morte  
digni iudicab⁹ pze  
sentabant ligati:  
**f** **E**t adduxerūt  
eū ad annā primū  
i. pmo: cui⁹ causa  
subdit: **g** **E**rat  
em̄ socer cayphe.  
**z** qz eundo ad to  
mū cayphe habebat transire ante tomū istius anne: ideo  
introierūt tomū ei⁹ ppter eius reuerentiā. **A**lia aut ratio  
fuit qz pōntificatus tūc singulis annis vendebat: z isti duo  
sez annas z cayphas quasi alternatim erant pōntifices:  
ppter quod quasi pōntifex habebat: qz anno pcedenti fue  
rat. **T**ercia ratio est vt christus corā iudicib⁹ pluribus cō  
demnatus videret magis dign⁹ morte. **b** **Q**ui erat  
pōntifex anni tē. **I**ta sunt exposita. s. r. ca. **i** **S**e q̄  
batur. **H**ic interponit pma negatio petri: cum dicitur:  
**S**equebat iesum symon petrus z alius discipulus. **s. i. o.**  
**b**annes: licet em̄ isti sicut z alij pmo fugissent: tñ postea  
secuti sunt iesum: qz seruiciores erant alijs. **k** **D**isci  
pulus aut ille erat notus pōntifici. **D**icit aliqui q̄ iobes  
erat pēntus in lege: ppter hoc habebat noticiā cum pō  
ntifici: sed hoc non est verisile: qz piscator erat et de nauī a  
christo vocatus fuerat: vt habet **M**atth. iij. vñ dicit bie  
rony. in epistola sua ad paulinū: **J**ohannes rusticus pi  
scator indoctus tē. z ideo alia fuit causa sue noticie cum  
pōntifici: qz forte missus a patre suo plures portauerat  
piscas ad tomū pōntificis: vel forte quia aliquis de cogna  
tione eius ibidem seruiebat: vel aliqua alia causa qua ali  
qui assignant quia descenderat de dauid: z sacerdotes ha  
bebant istas genealogias. **l** **E**t introiuit cum iesu in  
atrium pōntificis. ppter noticiā predictā pmissus  
est intrare. **m** **P**etrus autē stabat ad ostiū foris. tan  
q̄ incognitus: tamē ppter iohannē pmissus est intrare  
**n** **D**ixit ergo petro ancilla ostiaria: inquit z tu ex disci  
pulis es hominis istius: quasi diceret videtur q̄ sic vidit  
em̄ cum timide intrante: z sic habuit de eo suspicionem.  
**o** **D**icit ille nō sum. **E**t quo patet fragilitas petri: quia  
ita cito negauit: z ad vocem vnius mulieris que non loq̄  
batur acriser. **N**on em̄ dicebat es tu de familia bui⁹ pro  
ditoris: vel aliquid huiusmodi sed hominis istius quasi cō  
passiuo loquēdo. **p** **S**tabat autē serui z ministri ad  
prunas. qz frigus erat: sicut solet esse in marcio post me

pater nō vis vt bibā illuz?  
**L**obors at⁹ z tribun⁹ z mi  
nistri iudeoz⁹ pphenderūt  
ibm: z ligauerūt eum z ad  
duxerūt eū ad annā primū  
**E**rat em̄ socer cayphe: q̄  
erat pōntifex ani illi⁹. **E**rat  
autē cayphas q̄ silij tede  
rat iudeis: qz expedit vnuz  
hoies mozi p pōlo. **S**e q̄ bat  
autē ibm symon petrus: z ali⁹  
discipul⁹. **D**iscipul⁹ at ille  
erat not⁹ pōntifici: z introi  
uit cū ihu i atrij pōntificis.  
**P**etr⁹ autē stabat ad ostiū  
foris. **E**xit em̄ discipul⁹: q̄  
erat notus pōntifici: z dixit  
ostiarie: z introduxit petrū  
**D**ixit em̄ petro ancilla ostia  
ria: nūqd z tu ex discipulis  
es hominis istius? **D**icit ille:

diam noctē: **E**t calefaciebāt se tē. **q** **P**ōntifex vō  
**H**ic pōntifex chisti examinatio. **E**t diuidit in tres: quia  
pmo pōntifex dicitur examinatio. secūdo qz xpi rñsio: ibi. **D**i  
xit ei ihs. tercio rñsionis reprobatio: ibi. **H**ec cū dixit  
set. **C**irca primū sciendū q̄ xps reputabat a iudeis se  
ductor: hominū  
z doctor: false to  
ctrinideo exa  
minatus fuit de  
vtrorq; z hoc est  
quod dicitur:  
**q** **P**ōntifex ḡ  
interrogauit ie  
sum. **d**icit autē  
annas pōntifex  
nō qz esset actu  
sed qz ante fue  
rat: z quia socer  
erat pōntificis:  
vt dictum est:  
**r** **D**e discipu  
lis suis. vt vide  
ret si posset euz  
dephedere q̄ su  
issent ab eo sedu  
cti: **s** **E**t de  
doctrina ei⁹. ad  
videndū si pos  
set ibi inuenire  
falsitatem vel ca  
lūniā z aliquod  
dictū ptra legē.  
**r** **R**ndit ei ihs  
**H**ic pōntifex ch  
sti rñsio. **D**e  
discipulis autez  
suis nihil boni po  
terat p̄turbare

**M**o sup. **S**tabat autē fui z  
ministri ad prunas: qz frigus  
erat z calefaciebāt se. **E**rat  
autē cū eis z petr⁹ stās z cale  
facies se. **P**ōntifex ḡ inter  
rogauit ibm⁹ z de discipulis  
suis z de doctrina ei⁹. **R**ndit  
ei ihs. **E**go palā locut⁹  
sum mūdo. **E**go semp tēcui  
in synagoga z in tēplo quo  
oēs iudei veniūt: z i ocul  
to locut⁹ sum nihil. **Q**uid  
me interrogas? **I**ntroga  
eos q̄ audierūt qd locutus  
sum ipis: ecce hi sciūt q̄ dire  
rim ego. **H**ec autē cū dixisset  
vn⁹ assistēs mistrozū tedit  
a lapā iesu dicens: **S**icre  
spondes pōntifici? **R**ndit  
ei ihs: **S**i male locut⁹ sum  
testimoniū phibe tē malo

respondere: quia principaliorē inter eos statim audie  
rat ipsum in sua pntia negasse: sed de doctrina sua re  
spōdit ostēdens q̄ non erat mala vel suspecta sed sana:  
qd declarat ex duobus: primo ex loco cum dicitur:  
**v** **E**go palam locutus sum mūdo tē. doctrina suspe  
cta in angulis z lateribus docet non in loco publico z  
sacro: secundo ex auditorum testimonio dicens:  
**x** **I**ntroga eos qui audierunt tē. quasi diceret pa  
ratus sum testimoniū eozum subire: quod est tibi ma  
gis credibile q̄ meū dictum: quoniam fm veritatem dicit  
ret esse contrariū. **y** **H**ec cum dixisset. **H**ic pōntifex  
huius rñsionis reprobatio: z hoc dupliciter: primo  
per factū cum dicit: **A**nus assistēs ministrorū tedit  
a lapam iesu. secundo per verbū cum subdit: **z** **S**ic  
rñdes pōntifici. **I**lle em̄ minister sceleris accepit respo  
sionē iesu quasi notasset pōntificē de stulta interroga  
tione. **a** **R**espondit iesus. humiliter veritatem offen  
dendo: **b** **S**i male locutus sum testimoniū phibe  
de malo. i. potes phibere: z nō me iniuste pcutere. **S**ed  
videt q̄ hic christus fecit contra doctrinā suam: quia  
**M**atth. v. dicit: **S**iquis pcuterit te in maxillā dextrā:  
prebe ei z alteram. **I**pe autez hoc non fecit sed magis  
pcutientē se corripuit. **D**icendū q̄ illud christi pceptū  
z plura alia que ibi ponūt. non dant absolute: fm q̄  
dicit **A**ug⁹. sed magis fm preparationem anime: quia  
homo debet habere animū semper preparatū ad hoc  
faciendum vbi videtur hoc expedire ad honorem dei  
z vtilitatem ecclesie: alias autem non: immo aliquā  
do expedit iniuriantibus respondere ad ipsozum z ali  
ozū instructionem: sicut fecit hic christus: z aliquādo  
etiā facto resistere ne datur occasio malis male agēdi.  
**c** **E**t misit. **H**ic ostēditur qualiter christus presen  
tatus est cayphe. **E**t diuidit in duas: quia pmo descri  
bit dicta pntatio: secūdo subdit secūda z tercia petri  
negatio: ibi. **E**rat autē. **I**n prima igit parte dicit sic

*[Marginal notes in a smaller script, likely a commentary or gloss on the main text.]*

# Johannis

**c** **Emisit** eū annas ligatū. quasi morte dignū ⁊ iam corā eo p̄demnatū. **a** Ad cayphā pontificē. tūz qz ad ip̄m p̄tinebat p̄ncipaliter ch̄asti examinatio: tum vt videret ch̄istus maḡ morte dignū qui fuisset corā iudicibus plurib⁹ p̄demnat⁹. Sciēdum tñ qz iobānes hic tacet qliter cayphas eū examinauit ⁊ qliter cayphas vestim̄ta sua scidit: ⁊ qz liter in domo ei⁹ illu⁹ fuit: qz ali⁹ euāgeliste h̄ sufficit exp̄sserat.

**b** **Erat** autēz. **Hic** reuertit euāgelista ad narrāciōē de negatōne petri: et ideo q̄st eadē verba q̄ dicit in fine p̄mē negatōis re-assumit dicens: **Erat** autē symon petrus stas ⁊ calefacies se: Ille eū q̄ narrat b̄stōnam aliquaz

q̄n occurrūt aliqua incidentia narrāda: interrūpit p̄ncipale ad illud in cadēs narrādū: quo facto reuertit ad p̄positū: ⁊ sic facit hic iobānes: vt dictū est. **c** **Dixerūt** ergo ei. ministri ad ignē stantes. **d** **Nūquid** ⁊ tu ex discipulis eius es. q. d. sic: qz videbāt eū timidū ⁊ pauidū. **e** **Negavit** ille et dixit non sum. **De** ista secūda negatiōe petri videf. matheus p̄tradidit iobāni: p̄mo quo ad p̄sonā: qz dixit ip̄m secūdo negasse ad vocē alteri⁹ ancille: **Matth. xxv.** **Johānes** autē hic dicit qz sint ad vocē ministroꝝ ad ignē stantū: secūdo quo ad locū: qz mathe⁹ dicit qz secūdo negavit in eritu ianue: hic autē dicit qz stans ad ignē: p̄ter quod sciendū qz p̄ncipalis intentio euāgelistarū erat exp̄m̄re t̄riūa petri negationē: ⁊ in hoc omnes cōueniunt de p̄sonis autē accusantib⁹ seu de negationis loco: non erat eorum p̄ncipalis intentio: et p̄babile est qz multi ad verba petri cōcurrerāt circa eum ⁊ cōsimilia verba dicebant improp̄erādo ei magistrū suum: ⁊ ideo vnus euāgelistarū exp̄m̄it vnā p̄sonā accusantē: ⁊ ali⁹ aliā ⁊ vterqz dicit verū. vnde fm̄ veritatē b̄stōie videt qz p̄ma negatio sic facta ad vocē ancille ostiarie: petro domū intrāte: secūda autē negatio facta est in domo: qz post p̄mā negationē petrus timuit diu stare inter iudeos p̄ter qd voluit exire: ⁊ tūc alia ancilla vidēs eū timidū accusauit eum: ⁊ sū in hoc cōcurrerūt illi qui ad ignē stabant ⁊ idem dicebāt cum illa ancilla: p̄ter qd mathe⁹ dicit qz ad vocē ancille alterius negavit: **Johānes** autē ministros cōcomitantes exp̄m̄it. **Itē** mathe⁹ dicit qz negavit ip̄o exente ianua. i. volente exire ⁊ ad hoc se p̄parante. p̄ter timorē: vt dictū est: qz tñ adhuc erat in domo nec ab igne longe recesserat: ideo dicit iobānes qz p̄ ignē facta est illa negatio: t̄cia autē negatio facta est multis eū accusantib⁹ ⁊ cōcurrentibus. p̄ter p̄dicta: tñ inter illos erat p̄ncipalis vn⁹ scriuus pontificis: p̄ter qd iobānes illū exp̄m̄it tacendo de alijs: ideo subdit. **f** **Dicit** ei vnus ex ser. pon. cog. eius cur⁹ p̄. abici. auriculā. et ideo acrius ceteris eum accusabat ⁊ in accusatiōis sue assertione adduxit factū p̄cedens: cū dicit. **g** **Nonne** ego te vidi in horto cū illo. q. d. sic. **h** **Itērū** ergo negavit. **Aliqui** autē volentes excusare petrum dicunt qz non negavit eum ex timore mortis: sed ex amore nolens ab eo seperari sed semp eū sequi. Sciebat eū qz si diceret se esse discipulum eius statim ab eo segraretur. **Sed** hoc est cōtra ver

ba dñi supra habita ca. xii. vbi exp̄: obtrauit petro dicens: **Numā** tuā pro me pones. qd fuit dictum negatiue: sicut fuit supra expositū: ⁊ ideo patet qz petrus negavit timēs animā suam exponere pro ch̄usto. **i** **Et** statim gallus cantauit. s. secūda vice qz post p̄mā negationē semel cantauit gallus: s. petrus timore p̄turbatus nō percepit fm̄ qz fuit expositū **Matth. xxv.**

**p̄torū.** **Erat** autē mane: ⁊ ip̄i nō introierūt in p̄torū vt nō p̄taminarent: sed vt māducarēt pascha. **Erunt** ergo pylat⁹ ad eos foras: ⁊ dixit: **Quā** accusatiōz afferis aduersus hoīem hunc? **Rēderūt** ⁊ dixerūt ei: **Si** nō eēt h̄ malefactor nō tibi tradidisset eū. **Dic** ḡ eis pylatus: **Accipite** eum vos: ⁊ fm̄ legē vestrā iudicate eū. **Dixerunt** ergo iudei: **Do** bis nō licet interficere quēqz

petrus timore p̄turbatus nō percepit fm̄ qz fuit expositū **Matth. xxv.**

**k** **Adducit** ergo **Hic** ostendit quāliter ch̄istus a iudeis corāz pylato accusatur. **Et** diuis dicitur in tres: quia p̄mo describitur ch̄usti p̄sentatio: secūdo p̄sentatiōi examinatiōi: t̄cio in nocentia ch̄isti de claratiōi: **Et** cū hoc dixisset. **In** p̄ma parte dicitur

**sic.** **k** **Adducit** ergo iesum a caypha in p̄torū: id est a domo cayphe pontificis ad domum pylati p̄sidiis: ad quem p̄tinebat iudicium in causa sanguinis: et locus vbi iudicabat p̄torū vocabatur. **Aliqui** autē libri male habent ad caypham: quia in domo cayphe iam erat ch̄istus: nullus autē adducatur ad locū in quo est. **P̄terea** **Johannes** scripsit in greco hoc euāgelium: ⁊ ideo p̄ veritate textus habenda recurrēdū est ad grecū: **In** greco autē ponit a caypha. **l** **Erat** autē mane. **Hoc** addit euāgelista ad ostēdēdū q̄tum iudei sitiebāt sanguinem iesu ch̄isti: qui summo mane querebant sententiā de ei⁹ morte dari. **m** **Et** ip̄i nō introierūt in p̄torū vt nō cōtaminarent. ex ingressu domus hominis gentilis: ⁊ tñ non timebant in quinari ex p̄curatiōe mortis innocētis ex quo p̄z eoz sup̄stitio vana. **n** **Sed** vt māducarēt pascha. i. azimos panes q̄ a iudeis comedebant i pascha te p̄ seprē dies: non eū erat licitū illos comedere nisi p̄sonis mūdīs: ⁊ ideo p̄ paschatis māducatiōe nō intelligit hic cōmestio agni paschalis: vt male dicit greci: qz illuz comederāt die p̄cedenti. **o** **Erunt** ergo. **Hic** ponitur ch̄usti examinatiō: ⁊ hoc dupliciter: qz p̄mo examināf corā iudeis: secūdo ad p̄tē sine ip̄is: **Introiuit** ergo itez. **In** p̄ma p̄tē dicit sic: **Erunt** ergo pylatus ad eos foras **Judei** eū non audebāt domū eius ingredi ne suas obseruatōnes violarēt: ideo volens eis deferre exiuit ad eos: **p** **Et** dixit: quā accu. affer. aduer. ho. hunc. **Quidebat** eū eū ligatū in signū damnatiōis: ideo querebat de causa: qz non erat p̄suetudo romanis p̄demnare aliquē nisi prius audirent accusatiōē suā: ⁊ haberet locū se defendendi: vt habet **Act. xxv.** **Et** ideo pylatus q̄ erat iudex ab impatore romano illuc missus voluit modū romanorū tenere. **q** **Responderūt** ⁊ dixerūt ei: si nō esset hic malefactor ⁊c. q. d. nos eius factū diligēter examinauim⁹ ⁊ inuenim⁹ eū dignū morte: ac si diceret nō oportz aliā examinatiōēz facere. **r** **Dicit** ergo eis pylatus. quasi indignatus ex eoz r̄ssione: qz sciebat eos ip̄m per inuidiaz tradidisse: vt habet **Matth. xxv.** **s** **Accipite** eū vos ⁊ fm̄ legē vestrā iudicate. q. d. si sufficit vestra examinatiō sufficit ⁊ vestra sentētia. **Sciendū** eū qz romani aliqua minora iudicanda dimiserāt iudeis: sed nō poterāt p̄ talibus inferre p̄nā mortis: quia romani retinuerant sibi causas sanguinis: ⁊ ideo p̄ hanc r̄ssionem imbibebat inferre xpo mortē: ip̄i autē nō poterāt vitā eius sustinere: ⁊ ideo renuerunt hoc accipere dicētes: **t** **Nobis** nō licet interficere quēqz

# Euangelium

